

Hymn.
4.
Primo die, quo Trínitas Beáta mundum cón-
didit, Vel quo resúrgens Cóndi-tor Nos, morte victa, líbe-rat: 2. Pulsis procul torpóribus, Surgámus omnes ócius, Et nocte quærámus Deum, Prophéta sicut præcipit: 3. Nostras preces ut áudiat Suámque dextram pórrigat, Et expiátos sórdibus Reddat polórum sédibus:
4. Ut, quique sacratíssimo Huius diéi témpore Horis
quiétis psállimus, Donis beátis múneret. 5. Jam nunc,
patérna cláritas, Te postulámus áffatim: Absint faces
libídinis, Et omnis actus nóxius. 6. Ne fœda sit, vel lúbrica Compágo nostri córporis, Ob cujus ignes ígnibus
Avérnus urat ácrius. 7. Mundi Redémptor, quæsumus,
Tu probra nostra díluas; Nobísque largus cómmoda Vitæ perénnis cónferas. 8. Præsta, Pater piíssime, Patríque compar Úni-ce, Cum Spíritu Paráclito Regnans per
omne sæculum. Amen.